15. Pr. 56/15.

In laudem inclytæ urbis Torgæ

Vnde sit huic urbi queres Argelia nomen,
Quod de Phœbea Grecia luce trahit.
Vt reliquas stellas fulgenti lumine uincit
Vnus & adducit Sol reuehitq; diem:
Sic superant formæ uicinas luce Puellæ
Quas Vrbs de Phœbi nomine dicta, parit.

Philippus Melanthon.

Attamen hęc maior laus est, pietate quod inter
Noticiaq; alias eminet ista Dei.
Et qui Mysorum populis dant mitia iura
In ripa hæc posita est Albidos, aula ducum.
Hæc tua gnate Dei defendat mœnia dextra,
Semper et in populo hoc laus tua sæua sonet.

TVBAL.
Inuenit Citharam & numeros, hominumq; labores
Primus inexperta mollit arte Tubal.

AMPHION.
Versibus Amphion Thebanas conditit arces,
Et sunt imbellem fasa fecuta Lyram.

TIMOTHEVS.
Timotheus Macedûm stimulauit ad arma Tyrannum,
Sedauit q; nouis pectora mota sonis.

DAVID.
Isaides Vates, & rex, & Musicus idem,
Ore manuq; potens concinit ante Deum.

ARION.
Voce Methymneus flectit Delphinas Arion,
Tænaron & Siculum per mare tutus abit.

PYTHAGORAS.
Pythagoras iuuenis furias fedauit amantis.
Si uitam emendat Musica, numen habet.

ORPHEVS.
Eurydicen Stygijs Orpheus reuocauit ab umbris,
Et mouit nullis Regna mouenda Deo.

APOLLO.
Laomedontæam numerosis cantibus urbem
Latonæ statuit filius atq; Iouis.

PAN.
Monstrauit calamos coniungere semicaper Pan,
Cuius in Arcadiæ fistula nota fuit.

LYCVRGVS.
Et Lacedæmonius, feruentia cæde, Lycurgus
Lenijt Harmonicis classica bella modis.

ADAMVS SIBERVS.
Musica rebus inest cunctis diuina creatis,
Hac pontus, tellus, constat & ipse polus.
Hac Deus, hac homines gaudent, hæc continet urbes,
Lætior hac cœlo uita perennis erit.
Errata doctorum scriptis cognoscere cuius
Cum caussis partes, membraq; cuiusquis amas.
Accipe digestam mira breuitate Tabellam,
Quam VOCTVS lector das studiose tibi.

GEORGIVS FABRICIVS.
Telum est inermi, fortibus
Incensa fax est Musica.
Tubæ fragore & classici
Virtutis, ruunt equi.
Sedat dolores pectoris,
Curasq; mollit Musica,
Templis sacratis est decus,
Et dulcibus conuiuijs.
Diuina res est Musica,
Mulcet Deum, mulcet uiros,
Quicunq; Musicam colit,
Hunc Deus amat, colunt uiri.

Definitio, Diuisio Musices, & eius subdiuisio.

Μουσικὴ ἐστὶ ἐπιστήμη περὶ ἁρμόνιον τὰ περὶ ὑποτύπωσιν. Musica est scientia, quæ uersatur in multitudine ad aliã relata, hoc est, Musica est scientia Μαθηματικὸν, quæ docet numerorũ rationem in sono, quibus constat Harmonię constat, nõ agit simpliciter de numeris, sed de his quę spectantur in ipsis sonis. Plato definit ita Harmoniam: ἁρμονίαν δὲ τὴν ἐκ βαρέος καὶ ὀξέος φθόγγου συμφωνίαν γιγνομένην, Harmonia est grauis atq; acuti, antea inter se differentium, concentus artificiosus. Hanc eandem definitionem & Boëtius libro 5. capite 1. transfulit ad Musicam. Harmonica scientia est facultas differentias acutorum & grauium sonorum sensu, ac ratione perpendens.

Θεωρητικὴ contemplatiua ea est, quæ mathematicè & scitèer inquirit ὅτι ἐστὶ causas præceptionum & demonstrationes & artem ex ipsis fundamentis extruit, Docet enim hæc quibus in proportionibus consistant interualla uocum Harmonicarũ, ut ἀφ' ὅτι συγκεῖται τὸ λεῖον, συμπλακὲν τὸ αὐτὸ τοῦ ἑτέρου ὄφυι, ὅτου οὐκ ἔστιν, ἢ τοῦ ὑπερβάλλοντος καὶ λήμματος:

Καὶ ὅτι ἡμιόλιος ἐστὶ τρίτου τόνου καὶ λήμματος: (τοῦτο γὰρ ἐστὶ διάλειμμα, ἀφ' οὗ οἱ πάντες τόνοι, ἡμίσεις ὄντες λήμματος.

Καὶ ὅτι ἐπόγδοος ἐστὶ ἡμιολίου καὶ τετρίτου συγκείμενος:

Καὶ ὅτι ὁ ἐπόγδοος τόνος ἐστὶ λεῖος.

Hoc est, Symphonia huius artis, quæ in numeris consistentia est, διὰ τινος ἀριθμοῦ appellatur in uocibus. Complectitur enim quatuor sonos, & interualla tria, uidelicet duos Tonos, aut duas sesquioctauas rationes, & τὸν τοῦ λήμματος λόγον, quod est Hemitonium minus.

Quæ in numeris sesquialtera ἐν ἁρμονίᾳ in sonis, tot uoces uero quinq; continet, & quatuor interualla scilicet Tones tres, et Hemitonium minus.

Quę uero in ratione dupla est, ἐν διὰ πασῶν in uocibus octo quidẽ sonis & interualli septẽ constat, nempe quinq; que Tonis & duobus Hemitonijs minoribus, ut in Typo apparet.

Item, Duplex interuallum ex duobus superparticularibus iungitur sesquialtero & sesquitertio, hoc est, ἐν διὰ πασῶν ἐν τῷ συνάπτειν ἡμιολίου καὶ ἐπιτρίτου.

Item quod Tonus non diuidatur in duo æqualia rationali seu integro numero, eò quod ratione constat sesquioctaua ἐπογδόου λόγου, ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν εἰς ἀριθμὸν ἴσον διαιρεθῆναι, sed in duo inequalia Hemitonia, quorum alterum ἐλάττονα λόγον appellatur. alterum uero ἀπὸ ἐλάττονος. Hoc Plato λήμμα illud Proclus ἀπότομον, uocauit. Et huiusmodi alia accurate inuestigare docet.

Ἀκουστικὴ ἐστὶ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἐν τοῖς μαθήμασι κρίνειν. Musica est scientia, quæ uersatur in multitudine ad aliã relata, hoc est, Musica est scientia Μαθηματικὸν, quæ docet numerorũ rationem in sono, quibus constat Harmonię constat, nõ agit simpliciter de numeris, sed de his quę spectantur in ipsis sonis. Plato definit ita Harmoniam: ἁρμονίαν δὲ τὴν ἐκ βαρέος καὶ ὀξέος φθόγγου συμφωνίαν γιγνομένην, συμφωνίαν τινικήν. Harmonia est grauis atq; acuti, antea inter se differentium, concentus artificiosus. Hanc eandem definitionem & Boëtius libro 5. capite 1. transfulit ad Musicam. Harmonica scientia est facultas differentias acutorum & grauium sonorum sensu, ac ratione perpendens.

Nomen Musices.

Musę & Musica unde habeant nomen Platonis uerbis optimè dicemus, is enim in Dialogo, qui de ueteranominũ origine seu Cratylus inscribitur, ita inquit: τὰς δὲ Μούσας τὰ πολλὰ ἴσμεν ἀπὸ τοῦ μουσικοῦ ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐπὶ πᾶσι μάθεσι καὶ πᾶσι τοῖς ἐπιστήμοις τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπιτήδειον εἶναι. Musas scilicet & uniuersam Musicam, ab inquirendo appellationem accepisse, quæ ab inuestigatione & amore sapientiæ tracta sit.

Caussæ efficientes.

Φύσις Natura, in qua est ingenii bonitas & excellentia, & percipiẽdi celeritas, quod etiam Horatius hoc uersu uoluit:

Tu nihil inuita dices faciesue Minerua.

Ἔρως Amor seu cupiditas discendi, amor enim in discendo tantum ualet, ut nõ raro naturam uitiosam emendet, unde recte ab antiquo poëta dictum est:

Πάντων ἔρως διδάσκαλος, πάντες ἐρῶσιν ὑπὸ πόνου.

Τέχνη, Artis cognitio, ut discamus necessaria præcepta, ex quibus ab ingeniosis & peritis hominibus ars constituta est, & ut ad ea diligentem & diuturnam adhibeamus obseruationem.

Μελέτη, Exercitatio. Primum enim usus canendi assiduus assuefacit aures ad acre iudicium in discernendis Harmonijs, ac Modis. Deinde maiori exercitatione opus est ad comparandam ἕξιν eruditas ac fluues cantiones faciendas.

Ζῆλος Imitatio. Qui enim fe exercet absq; imitatione plerunq; ludit operam. Hęc autem semper debet esse optimorum, & recte ea inchoatur iosquini, aut si quis iosquino proximus est resoluendis cantilenis.

Circa quæ uersatur Musica.

Ὑποκείμενον, Subiectũ Musices **est ποσὸν διωρισμένον**, Quantitas discreta, hoc est, Numerus sonorus, ut enim uocabula literis scribuntur, sic φθόγγοι cantilenarum indicantur certis notis, ac discernuntur interuallis, quæ διαστήματα à Græcis dicuntur, tanquam numeris.

Cognatæ spehies.

Magna cognatio est inter eas disciplinas, quas Græci μαθηματικὰς dixerunt, ex quibus etiam est celebrior Musica. Quamobrem & à Geometra & Arithmetico mutuatur aliquid Musicus. A Geometra lineas parallelas, εὐθείας παραλλήλους, hoc est, ductus ipsarum linearum æquales, & notarum uarias figuras, & id genus alia. Cũ Arithmetico uero Musicus commune habet ipsum subiectum. Vterque enim uersatur περὶ ποσότητα τὴν διωρισμένην, circa Quantitatẽ discretã, quæ multitudo appellari solet, eaq; confideratur.

Aut κατ' ἀνάλογον, per Se. Est q; numerus simpliciter acceptus, de hoc agit Arithmet.

Aut περὶ ἴσότητα comparatione alterius. Est q; numerus relatus ad sonorum concentum quem tractat Musicus. De hac igitur multitudine ad aliud relata, quę ex relatione unius ad alterum nascitur, sic ait Proclus in Timæum Platonis: Καὶ ἐπεὶ τὰς μὲ τῶν ἀριθμῶν συνῳδίας ἐν ἀλόγοις, οἷόν τὴν διπλασίονα πρὸς τὴν ἡμιόλιον, ἢ τὴν διπλασίονα πρὸς τὴν ἐπίτριτον, ἢ τὴν ἐπόγδοον πρὸς τὴν ἐπιδιτριτον. Τὰς δὲ ἐν ἀριθμοῖς λόγοις, τὴν διπλασίονα, τὴν ἡμιόλιον, καὶ τὴν ἐπίτριτον, καὶ τὴν ἐπόγδοον. Τὰ δὲ ἐν μέσοις ἀριθμοῖς ἐστὶν ἁπλοῦν, τὸ δὲ ἐν μέσοις ἀριθμοῖς ἐστὶν ἁπλοῦν, τὸ δὲ ἐν μέσοις ἀριθμοῖς ἐστὶν ἁπλοῦν, τὸ δὲ ἐν μέσοις ἀριθμοῖς ἐστὶν ἁπλοῦν. Harmonicas symphonias non aliunde quàm ex numeris capiebant Pythagorici, & ex his non omnibus, sed ex multiplicibus & superparticularibus generibus, Diatessaron in sesquitertia ratione, quæ sic scribitur ¦ uel ▫ ; dicentes esse: Diapẽte in sesquialtera ⅔: Diapason in dupla ½: Diapasõ & Diapente in tripla ⅓: Disdiapason in quadrupla ¼.

Nicomachus de Arithmetica etiã hoc clarius dicit: Καὶ ἁρμονικὴ συμφωνία, ἐστὶ λόγος ἀριθμῶν, ἐξ ὧν γίνεται, ἐστὶ ποσὸς, καθ' ὑφωνὴν αὐτὴν ἀναπεμπόμενος τῇ ἀριθμητικῇ ἀναλογίᾳ. Ἐστὶ δὲ συμφωνία, ἡ τετράχορδος, ἡ διὰ πέντε, καὶ πάλιν ἡ διὰ πασῶν. Ἔστι δὲ ἡ μὲν τετράχορδος ἐν τῷ ἐπιτρίτῳ λόγῳ, ἡ δὲ διὰ πέντε ἐν τῷ ἡμιολίῳ, ἡ δὲ διὰ πασῶν ἐν τῷ διπλασίονι. Etiam Musicæ symphoniæ Diatessaron, Diapente, Diapason, à numeris nominatæ similiter etiam Harmonicas rationes ex Arithmetica omnino habent. Diatessaron enim est sesquitertia: Diapente, sesquialtera: Diapason, dupla: Diapason & Diapente, triplae sed quadrupla est summa perfectio, quę est Dis diapason. His etiã adnumeratur Tonus, qui consistit in proportione sesquioctaua ⅛ ὑπερβάλλοντι λόγῳ. De quibus uideatur ὁ γρα.



Musica alia est.

Vel simpliciter, quã ἁπλῶς planam, & ab usu templorum Choralem, & ab authore Gregorianam rectiores dixerunt, cuius notulæ perpetuo æquabiliter proferuntur hunc in modum,



Casta Deus mens est casta uult mente uocari.
Vel Sonorum uarietate confona, à Græcis ἡρμοσμένη, et à latinis inde formata uoce, Figuralis denominata, quę & Mensuralis dicitur, cuius notulæ inæqualiter iuxta trium Graduum exigentiam mensurantur, ut,



Mumesis seu fuga ter uocum ἐν τῷ ὁμοίῳ.

Μουσικὴ quæ discernit in cãtu interualla. Vnde Pythonissa ἔγγαστρίμυθος dicta est. Hęc rursus duplex in uocis flexu & modulatione consistens.

Vocalis quã Ἁρμονικὴν Plato nominat, & assẽ uocis Varronis: Hęc est τῶν μελῶν ἢ τῶν φθόγγων, quę in cantu, & sonis existit, eáque duplex est.

Μουσικὴ ἀκίνητος, quę in uersum mensura est posita ex quibus Cicero de Opt. genere Oratorũ, nominat Tragicos, Comicos, Epicos, Melicos, Dithyrambicos. Hanc Musicam in relligit Terentius in Prologis Hecyræ & Phormionis.

Πρακτικὴ actitata est, quæ tradit τῶν ὄντων, hoc est, nuda ac breuia artis præcepta atq; usum canẽdi, sine cauſis, & rationibus, & hæc tãtum circa exercitationẽ & usum cãtus cõsistit, **quæ est aut.**

Instrumentalis, quam ὑφολόην, Plato, & ἁρμονικὴν Varro quæ uel in motu corporis tãtum est, & ἐγκύκλιος nominatur, uel certorũ instrumẽtorum pulsu cõficitur. Hęc trium partiũ est, secundum diuersitatem instrumẽtorum, quorũ aliqua.

Ἐμπνευστικὰ, quę receptui canunt quęq; sunt Olympiorũ & cãpi Martij, ut Tubæ, Buccinæ, Litui, Cornua.

Ὑδραυλικὰ, quæ ludorum et pomparum celebritati adhibebantur, ut Tibiæ, Calami, Fistulæ, Sambucæ.

Φυσικὰ, quæ funeribus seruiũt, ut Tubæ apud Græcos unde Medea apud Ouidium.
Tibiaq; effudit sociatia carmina uobis,
At mihi funesta flebiliora Tuba.

Πολεμικὰ, quibus in bellis usi ueteres, ut Lyra Cretẽses, Tuba argentea ductili Hebræi.

Ἐγκρουστικὰ, quæ ad cõuitiorum exhilarationem adhibita, ut cætera quæ sunt enumerata.

Ψαλτικὰ, quę percutiuntur, qualia fuerunt Sistra, & Crotala Phrygũ, & Cymbala Aegyptiorũ, & Acetabula ænea atq; argentea, uel alia metallici rigoris, quę percussa reddunt cum suauitate tinnitũ. Talia nunc sunt omnia tympanorum genera.

Ἀκουστικὴ, quę ludorum et pomparum celebritati adhibebantur, ut Tibiæ, Calami, Fistulæ, Sambucæ.

Φυσικὰ, quæ funeribus seruiũt, ut Tuba apud Græcos unde Medea apud Ouidium.
Tibiaq; effudit sociatia carmina uobis,
At mihi funesta flebiliora Tuba.

Πολεμικὰ, quibus in bellis usi ueteres, ut Lyra Cretẽses, Tuba argentea ductili Hebræi.

Ἐγκρουστικὰ, quę ad cõuitiorum exhilarationem adhibita, ut cætera quæ sunt enumerata.

Ψαλτικὰ, quę percutiuntur, qualia fuerunt Sistra, & Crotala Phrygũ, & Cymbala Aegyptiorũ, & Acetabula ænea atq; argentea, uel alia metallici rigoris, quę percussa reddunt cum suauitate tinnitũ. Talia nunc sunt omnia tympanorum genera.

Tria modulandi genera, ex Procli Commentario in Timæum Platonis.

Καὶ μὴν καὶ ἐν τοῖς τῆς ἁρμονίας τὴν διάτονον, ὑπερβολικὴν, χρωματικὴν.
Καὶ ἐν τοῖς μὲν διατόνοις ἔσχε τὸ ἡμιτόνιον τὴν τάσιν τὴν τρίτην.
Τὸ δὲ ἔσχατον ἐκ διέσεως, καὶ τόνος ἐπ' αὐτῷ τὸ τρίτον.
Τὸ δὲ χρωματικὸν τὸ ἡμιτόνιον, καὶ τὸ μετὰ τοῦτο, τρίτον ποιοῦσιν.

Triaha uerũt ueteres Musici cantilenarum genera, scilicet, Diatonicũ, Enharmonicũ, & Chromaticũ. Diatonicum est, cum ἡμιτόνιον per Hemitonium minus procedit & Tonum, atque Tonum.

Enharmonicum est, ubi τετράχορδον per Diesin, & Diesin, hoc est, per quartam fermè Toni partem, rursus per quartam similem, quam ἀπότομον uocant etiam uocant alij, & Ditonum progreditur.

Chromaticum quod cantatur per Semitonũ minus, ac Semitonium maius, ac tria Semitonia unum maius, & duo minora sũt, quod idẽ est, Semiditonum. Horumautem unum tum sapientes alij, tũ Plato maximè ante alia, tanquam omnium maxime naturale, comprobant ἐν γὰρ τῷ διατόνῳ τὸ τε ἡμιτόνιον καὶ τὸ ἡμιτόνιον, καὶ ὁ τόνος ἐπ' αὐτοῖς τὸ τρίτον, ἀπὸ τοῦ ὑπάτου ἐπὶ τὴν νήτην, ἁρμονίαν ποιοῦσιν. Atque hoc ipsũ apud Cantores in usu est. Posteriora uero duo Philosophi reprobãt & ab usu recesserunt. Nunc sequitur τὰ ἐναρμόνια τρίτον γένος, ὃν ἔσχε τὸ ἡμιτόνιον τὸ τρίτον.

M. Matthæus Colerus.

Musica lætifico tristantia pectora pulsu
Incitat, & uegeto languida membra fono
Commouet, electo mœrorum pondere done
Hæc fonat, oppresst cura dolorq; fugi
Aspice nunc igitur, si sunt tibi Musica tanti
Et capias prompta munera prima manu
Lector & has tabulas, tibi quas donauit habenda
Voce satis docta, nec minus arte ualens
Musicus, assiduo relegas, uigilisq; labore
Et studeas æqui consuluisse. Vale.

VOCTIVS

Basileæ per Henrichum Petri, Mense
Martio, Anno, D. M. LVII.